

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iactancia g
cum uariis

Nichil est quod magis diminuat laudis preconium quam suos assidue iactitare successus et singulis diebus anni uendere diem unum. Legitur de Mario quod cum plurima fecisset egregie, una sui iactitatione gloriam fame perdidit; et quia sibi presumpsit ascribere quod ex ore alieno captare debuerat, publice commendationis uota demeruit.

Valerius Maximus in libro suo.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

iactitare] latitare C, iactare P V¹ V² L¹ L²; anni] annis C; iactitatione] iactatione P V¹ V² L¹ L²; sibi *om.* C; in libro suo] libro 2. P V¹ V² L¹ L²